

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Philosophia b  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Philosophia b:

Non est religio a philosophis querenda qui eadem sacra recipiebant cum populis et de suorum deorum natura ac summo bono diuersas contrariasque sententias in scholis personabant.

Augustinus in libro de uera religione.

Fons proximus:

Et in libro *de Vera Relig.* Augustinus dicit non esse religionem a philosophis quaerendam, qui eadem sacra recipiebant cum populis, et de suorum deorum natura ac summo bono diuersas contrariasque sententias in scholis personabant.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 94.2 (P. Caramello ed., p.448).

Fons primus:

Sed quoquomodo se habeat philosophorum iactantia, illud cuiuis intellegere facile est religionem ab eis non esse quaerendam, qui eadem sacra suscipiebant cum populis et de suorum deorum natura ac summo bono diuersas contrariasque sententias in scholis suis eadem teste multitudine personabant.

Augustinus Hipponensis, *De uera religione*, 5.8 (CCSL 32, K.D. Daur ed., p.193, ll.1-6).